patris successor) dedisti, ejus condictionem tibi competere, non est incerti juris. S. 14. Kal. Maji, AA. CONSS. 293.

De solutione pro alio.

6. Iidem AA. & CC. Mnaseæ.

SI per ignorantiam facti non debitam quantitatem pro alio solvisti [1]; & hoc, adito Rectore provinciæ fuerit probatum, hanc ei [2], cujus nomine soluta est, restitui eo agente providebit. S. 6. Id. August. AA. CONSS. 293.

De fideicommisso, vel legato.

7. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

FIdeicommissum [3] vel legatum indebitum per errorem facti [4] solutum, repeti posse [5], explorati juris est. S. 5. Idus Septemb. AA. CONSS. 293.

De falso procuratore.

8. Iidem AA. & CC. Zyparo.

CReditoris falso [6] procuratori solventi, adversus eum indebiti repetitio, non obligationis liberatio competit. S. Petit. 15. Kalend. Novemb. AA. CONSS. 293.

De eo, qui indebitum sciens solvit. 1. de re a non domino distracta.

9. Iidem AA. & CC. Gratianæ.

INdebitum solutum sciens [7], non [recte] repetit. §. 1. Citra mandatum autem ab alio re distracta: dominus evicta re, vel ob præcedens vitium satis [8] emptori faciens, non indebitum prætendere [potest,] sed per hujusmodi factum ratum contractum habuisse probans, a se debitum ostendit esse solutum. S. 4. Non. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 293.

De debitore rei alternatæ, qui utrumque solvit.

10. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

SI quis servum certi nominis, aut [9] quandam solidorum quantitatem [10], vel aliam rem promiserit; & cum licentia [ei] fuerat unum ex his solvendo liberari, utrumque per ignorantiam dependerit: dubitabatur, cujus rei daretur a legibus ei repetitio, utrumne servi, an pecuniæ: & utrum stipulator, an promissor habeat hujus rei facultatem? Et Ulpianus [11] quidem electionem ei præstat, qui utrumque accepit, ut hoc reddat, quod sibi placuerit, & tam Marcellum, quam Celsum sibi consonantes refert. Papinianus autem ipsi, qui utrumque persolvit, electionem donat: qui & antequam dependat, ipsam habet electionem, quod velit præstare. & hujus sententiæ sublimissimum testem adducit Salvium Julianum [12] summæ auctoritatis hominem, & prætorii edicti [perpetui] ordinatorem. Nobis hæc decidentibus, Juliani & Papiniani [13] sententia placet, ut ipse [habeat] electionem recipiendi, qui & dandi habuit. Dat. Kal. Augusti. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De eo, qui mente titubante & ancipiti solvit.

11. Idem A. Juliano P. P.

PRo dubietate [14] eorum, qui mente [15] titubante indebitam solverint pecuniam, certamen legumlatoribus incidit; id ne, quod ancipiti animo persolverint, ponint repetere, an non. Quod nos decidentes, fancimus, omnibus, qui incerto [16] animo indebitam dederint pecuniam, vel aliam quandam speciem persolverint, repetitionem non denegari, & præsumptionem [17] transactionis non contra eos induci: nisi hoc specialiter ab altera parte approbetur. Dat. Kal. Octob. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. VI.

DE CONDICTIONE OB CAUSAM [18] DATORUM.

De causa dotis.

1. Imp. ANTONINUS A. Callisthenidi.

PEcuniam, quam te *ob dotem* accepisse pacto interposito (ut fieri, quum jure matrimonium contrahitur, adfolet) proponis, impediente [19] quocunque modo juris auctoritate matrimonium [constare, nullam [20] de dote actionem habes: & propterea pecuniam, quam eo nomine accepisti, jure condictionis restituere debes [21]: & pactum, quod ita interpositum est, perinde ac si interpositum non esset, haberi oportet. PP. 6. Kal. Aug. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De donatione.

2. Imp. ALEXANDER A. Asclepiadi.

SI (ut proponis) pater tuus ea lege sorori tuæ prædia, cæteraque, quorum meministi, donavit, *ut creditoribus ipsa satisfaceret*, ac, si placita observata non essent, donatio resolveretur [22], eaque contra fidem negotii gesti versata est, non est iniquum, actionem condictionis ad repetitionem rerum donatarum tibi, qui patri succesisti, decerni. PP. 14. Kal. Decemb. ALBINO & MAXIMO CONSS. 228.

3. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Aurelio & Alexandræ.

EA lege in vos collata donatio, *Ut neutri alienandæ [23] suæ portionis facultas ulla competeret*, id efficit, ne alteruter vestrum dominium prorsus alienet: vel ut donatori, vel ejus heredi condictio, si non fuerit conditio servata, queratur. PP. Kal. April. VALERIANO IV. & GALLIENO III. AA. CONSS. 258.

De condictione liberationis.

4. Iidem AA. & VALERIANUS C. Æmiliæ.

SI cum exiguam pecuniam revera suscipieres, longe majorem [24] te accepisse cavisti, *eo quod tibi patrocinium [25] adversarites reprovisteret*: cum dicas fidem promissi non secutam [26]: ut libereris obligatione ejus, quod non acceptum propter speratum patrocinium supposuisti, per condictionem consequeris. PP. 5. Kal. Maji, ÆMILIANO & BASSO CONSS. 260.

De milite dato procuratore.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Martiali.

SI militem [27] ad negotium [tuum] procuratorem fecisti, cum hoc legibus interdictum sit, ac propter hoc pecuniam ei numerasti, quicquid ob causam datum est, causa non secuta restitui tibi competens Judex curæ habebit. PP. 10. Kalend. Octob. ipsis IV. & III. CONSS. 290.

De ancilla data, ut manumittatur.

6. Iidem AA. Cyrioni & Plotioni.

CUm ancillam patrem vestrum ei, contra quem supplicatis, dedisse proponatis: interest multum, utrumne donandi animo dederit, an ob manumittendam filiam, quam [28] ancillam existimabat: cum perfecta quidem donatio revocari non [29] possit, causa vero donandi non secuta [30], repetitio competat. S. 2. Idus Maji, AA. CONSS. 293.

De donatione.

7. Iidem AA. & CC. Gerontio.

SI repetendi [31], quod donabas uxori ejus, quem ad proficiscendum tecum hujusmodi liberalitate provocare propofueras [32], nullam addidisti conditionem, remanet integra donatio: cum levitati perfectam [33] donationem revocare cupientium jure occurratur. S. 7. Kal. Sept. AA. CONSS. 293.

8. Iidem AA. & CC. Flaviano.

DIctam legem donationi, si non [34] impossibilem contineat causam, ab eo, qui hanc suscepit, non impletam, condictioni facere locum, juris dictat disciplina. Quapropter si titulo liberalitatis res tuas in sponsam conferendo, certam dixisti legem; nec huic illa, cum [35] posset paruit, successores ipsius de repetendis, quæ dederas, si hoc tibi placuerit, convenire non prohiberis. S. 3. Idus Febr. AA. CONSS. 293.

De eo, qui accepit, ut manumitteret.

9. Iidem AA. & CC. Bibulo.

SI liber constitutus, *ut filiæ tuæ manumittantur*, aliquid dedisti, causa non secuta, de hoc [tibi] restituendo condictio competit: nam si quid servus de peculio domino dederit, contra eum [quidem] nullam actionem habere potest: sed dominum, qui semel accipere pecuniam pro libertate passus est, aditus provinciæ Rector hortabitur [36], salva [37] reverentia, favore scilicet libertatis, placito suo stare. S. 3. Id. Februar. *Sirmii*, AA. CONSS. 299.

De culpa & casu fortuito.

10. Iidem AA. & CC. Canonianæ.

PEcuniam a te datam; si hæc causa, pro qua data est, non culpa accipientis [38] sed fortuito casu [39] non est secuta, minime repeti posse certum est. S. 3. Non. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 300.

1 Vel ex ejusdem pecunia. *l. 46. ff. h. t.* vel per errorem facti tibi demandati. 2 Ideoque debitor non auditur si dixerit, male se convenire ab eo cujus nomine facta fuerit indebiti solutio: alias distinctiones vid. apud Cujac. *8. obs. 9.* 3 Dixi ad *l. 4. h. tit.* 4 Non juris. *l. 10. ff. de juris & facti. l. 9. §. 3. ad leg. Falc. l. 9. §. 5. ff. de juris & facti.* 5 Imo non potest. vid. 24. *Ulpian. tit.* 6 Quod solvit debitor falso procuratori, solventem non liberat. Id tamen potest condicere. 7 Qui sciens indebitum solvit, *§. 1. ff. de instit. testam. l. 6. ff. de cond. ob caus. l. 43. ff. de admin. & perie. tut. l. 29. ff. de donat. l. 53. ff. de reg. jur.* Aliud si animo condicendi. *l. 2. ff. h. t. l. 14. J. de solut.* 8 Dominus solvens ex contractu falsi procuratoris, contractum ejus probasse præsumitur. 9 Debitor obligatus alternative ad duo solvenda, solvens utrumque, electionem repetendi quod eorum voluerit habet: ficut habebat antequam solveret. *Salicet. Goth.* Hec vid. decisio ex 50. novis Justinian. vid. Inglois. & Guid. Pap. *h. l.* Anf. 10 Molinæus *de dividuis & individuis part. 2. n. 136.* Mod. 11 *l. 26. §. 13. ff. h. t.* 12 Cujus sententiæ vestigium exat *l. 73. ff. h. t.* 13 Et ita pro Juliano & Papiniano adversus Ulpiani, Marcelli, & Celsi sententias respondet Imperator. De Juliani, & Celsi dissentione, vid. Cujac. *8. obs. 15.* 14 Hæc est 11. ex 50. novis Justinian. 15 Dubitans medius est inter scientem & ignorantem: Negat quidem, sed errantec & inficienter. *l. si quis testamento. 41. ff. ad leg. Aquil.* Itaque pro errante & ignorante habetur. *ut hic. & l. 2. in princ. ff. quis ordo in vend transigere, ficut nec errans. l. 2. ff. h. t. l. 14. ff. de solut.* 16 Dubitans non præsumitur donare vel donatio non solet nisi probetur. 17 Præsumi transactio vel donatio non solet nisi probetur.

18 Hoeufium, fed (ut hic titulus differat a titulo *7. h. lib.*) nec tamen fecutam. 19 Donatio ob causam cauta non secuta revocari potest. vid. Clar. *4. sent. §. donatio.* Pap. *Anf.* 20 Deficiente causa ad effectum producendum necessaria, deficit effectus. 20 Soluto matrimonio, mulieri competit, dotis nomine, actio de dote: Impedito vero matrimonio propter juris auctoritatem, condictio ob causam, non debes autori restituere, *ut hic.* fed filio. *l. 4. J. de incest. & inutil. nupt.* 22 Pacto resoluto, oriuntur conditiones ob causam dati. 23 Donator recte pacifcitur, ne donatarius rem alienet. Vid. quæ not. ad *l. 122. §. 3. ff. de verb. oblig.* Quid si donatarium in id quod interest: vel condictione ob rem datam teneri. vid. reliqua apud eundem ad *d. §. 3.* Accurfius idem quoque exiftimat, quem multi fequuntur. Forcatulus autem 13. *Cujac. 5.* condictionem domino ideo competere ait, quod eam elegerit, hic effici dicatur, *ne dominium prorsus alienetur.* Si vis eft hæc pacti, quomodo donatori dominium abfeceffurum dicimus? Si non abfeceffit, quo jure domino rei vindicatio denegabitur? *l. 9. in fin. ff. de rei vindic.* vel cur ei non licebit rem emptori auferre? *l. 48. ff. de pactis*, & lege ita dicta, facto tertii res alitur quam cum fua caufa alienari non *fenat. paffus.* Cur hic quoque jus aliud erit, quam fi vel a lege, *l. 10. 3. de facrofanct. eccles.* vel teftamento prohibita ftet rei alienatio? vid. *Novell. 39. cap. 1.* Pactum autem ut re rem tuam alienes an valeat, vid. *l. ult. J. de reb. alienis non alienandi. l. penult. ff. de pact. l. 1. l. 3. ff. de condict. fine caufa.* 24 Cautio potest eatenus condici, quatenus pecunia non eft numerata. 25 *l. 4. ff. de cond. caufa data, caufa non fec. l. 1.* 26 *l. 4. ff. de cond. caufa data, caufa non fec. l. 1. §. 10. ff. de extraord. cognit.* 27 Adde *l. 7. §. 8. & l. 8. §. 2. ff. de procurat.* 28 Ancilla data, ut dantis filia manumittatur, fi non manumittitur, repetitur. 29 Nota regulam *l. 7. in fin. ff. h. t.* Goth. Imo potest. *l. 13. §. 1. l. 30. ff. de donat. caus. mort. Anf.* 30 Id eft, quo fecut. 31 *l. 12. J. de donat. ante nuptias.* 32 Propofitum in mente retinetur *transact. l. 20. ff. de cond. indeb.* 33 *l. 6. §. h. t.* 34 Datum ob causam non impossibilem, causa non fequuta condicitur. Poffibilis caufæ defectus parit conditionem. *Bald.* adde 10. *Synopf. Baffil. 2. περὶ τῶν διδομένων &c. ex lib. 24. tit. 1. cap. 34.* Datum ob causam, cui recipiens non paruit cum poffet, repetitur per condictionem ob causam. *2. Paral. 15. ex fin.* 36 Sic in *l. 8. J. de liberali. caufa.* 37 Vide Cujac. *2. Paral. 15. ex fin.* 38 *l. 8. 3. h. t. l. ult. J. h. t. l. 5. ff. de cond. caus. dat.*

De advocationis causa.

11. Iidem AA. & CC. Stratonicæ.

ADvocationis causa datam pecuniam, si per [1] eos, qui acceperant, quo minus susceptam fidem impleant, stetisse probetur [2], restituendam esse convenit. S. 17. Kal. Jan. CC. CONSS. 300.

TIT. VII.

DE CONDICTIONE [3] OB TURPEM [4] CAUSAM.

De cautione ob turpem causam interposita.

1. Imp. ANTONINUS A. Ingenuo.

SI ex cautione tua conveniri cœperis: nullam pecuniam te accepisse, sed ob turpem [5] causam, & quam fieri prohibitum est, interpositam [cautionem,] ei, qui super ea re cognoturus est, probandum est; & eo impleto absolutio [6] sequetur. Sine die & consule.

De dato propter turpem causam.

2. Idem A. Longino.

CUm te propter turpem causam, contra disciplinam temporum meorum, domum adversariæ dedisse profiteatis, frustra [7] eam tibi restitui defideras: cum in pari [8] causa possessoris conditio melior habeatur. PP. 15. Kal. Decemb. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De dato evitandi tyrocinii causa.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Dizonti militi.

QUod evitandi [9] tyrocinii causa dedisse te, apud competentem Judicem, ei, de quo quereris, indubia probationis luce constiterit, instantia ejus recipies [10]. Qui memor censuræ publicæ, post restitutionem pecuniæ, etiam concussionis crimen inultum esse non patietur. PP. 3. Kal. Aug. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De turpi causa accipientis tantum. De usuris.

4. Iidem AA. & CC. Rufino.

QUoties [11] accipientis, non etiam dantis turpis inveniturcausa: licet hæc secuta fuerit, datum condici [12] tantum, non etiam usuræ peti possunt [13]. S. 7. Id. Jan. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De lenocinio mariti.

5. Iidem AA. & CC. Bichoporo.

MErcalem [14] te habuisse uxorem proponis: Unde intelligis, & confessionem [15] lenocinii preces tuas continere, & cautæ [16] quantitatis ob turpem causam exactioni locum non esse. Quamvis [17] enim utriusque [18] turpitudo versatur, ac solutæ quantitatis cessat repetitio, tamen ex hujusmodi stipulatione [19] contra bonos mores interposita denegandas esse actiones juris auctoritate demonstratur. S. 6. Id. Maji, CC. CONSS. 294.

De furto.

6. Iidem AA. & CC. Eutychiæ.

OB [20] restituenda [ea] quæ subtraxerat, accipientem pecuniam, cum ejus [21] tantum interveniat turpitudo, condictione conventum hanc restituere debere convenit. Dat. 15. Kal. Jun. CC. CONSS. 294.

De pecoribus abactis.

7. Iidem AA. & CC. Zenoni.

EUm qui ob [22] restituenda, quæ [23] abegerat, pecora, pecuniam accepit: tam hanc, quam ea, quæ per hoc commissum tenuit, restituere debere convenit: licet mortua, vel alio fortuito casu pereriisse [24] dicantur: cum hoc casu in rem [25] mora fiat. Dat. 5. Kal. Decemb. *Nicomediæ*, AA. CONSS. 299.

TIT. VIII.

DE CONDICTIONE FURTIVA [26].

De pluribus delinquentibus.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Hermogeni.

PRæses provinciæ sciens furti quidem actione singulos [27] quosque in solidum teneri [28], condictionis vero nummorum furtim subtractorum electionem esse; ac tum demum, si ab uno satisfactum fuerit, cæteros liberari [29], jure proferre sententiam curabit. Dat. Kal. Majis, CC. CONSS. 294.

De rei interitu.

2. Iidem AA. & CC. Aristæneto.

ANte oblationem interemptæ [30] rei furtivæ damnum ad furem pertinere, certissimi juris est. Dat. Kal. Maji, CC. CONSS. 294.

TIT. IX.

DE CONDICTIONE EX LEGE [31] ET SINE [32] CAUSA VEL INJUSTA [33] CAUSA.

De fisco.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Ulpio.

LIcet ante [34] tempus debita exigi non possint, tamen si te ex primipilo [35] debitorem constitutum fisci, ac patrimonium tuum exhaustum Præses provinciæ compererit, ut ad solutionis securitatem solum fenebris pecuniæ subsidium superesse videatur: commonebit debitorem [36] tum, si faltem ipse fit solvendo, ut ante definitum tempus debita repræsentet: ut fisco, cujus ob [37] necessitates publicas causam potiorem esse oportet, debita pecunia exolvatur. S. 13. Kal. Aug. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De instrumento quantitatis solutæ.

2. Iidem Augusti & CC. Sculatio.

DIssolutæ [38] quantitatis retentum instrumentum, inefficax penes creditorem remanere, & ideo per condictionem reddi oportere, non est ambigui juris. S. 3. Non. April. CC. CONSS. 300.

De malæ fidei possessore, & de fructibus.

3. Iidem AA. & CC. Galatiæ.

MAla fide possidens, de proprietate victus, [de] extantibus [39] fructibus [rei] vindicatione, [de] consumptis [40] vero condictione conventus, eorum restitutioni parere compellitur. Dat. Id. Febr. CC. CONSS. 302.

De cautione non numeratæ pecuniæ.

4. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SI non [41] est numeratum, quod velut accepturum te sumpsisse mutuo scripsisti: & necdum transiisse tempus statutum, vel intra hunc diem habitam contestationem monstrando, reddi [42] tibi cautionem Prætidali notione postulare potes. Dat. 17. Kal. Jan. CC. CONSS. 302.

TIT. X.

DE OBLIGATIONIBUS [43], ET ACTIONIBUS [44].

De actionibus ei, qui pro alio solvit, mandatis.

1. Imp. GORDIANUS A. Valeriæ.

DAta certæ [45] pecuniæ quantitate ei cujus meministi [46], in vicem [47] debiti [48], actionem [49] tibi adversus debitorem, pro quo solvisti, dicis esse mandatam: & antequam eo nomine litem [50] contestaveris, fine [51] herede creditorem fati munus impleste proponis [52]: Quæ si ita sunt, utilis [53] actio tibi competit. PP. 5. Kal. Maji, ATTICO & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

De nominibus in dotem datis.

2. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Celso.

NOminibus [54] in dotem datis, quamvis nec delegatio præesserit, nec litis contestatio subsecuta sit: utilem [55] tamen marito actionem ad [56] similitudinem ejus [57], qui nomen emerit, dari oportere, sæpe rescriptum est. PP. 14. Kal. Februar. SECULARI & DONATO CONSS. 261.

De colonis ob debita locatoris non conveniendis.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Rusticiano.

OB [58] causam proprii debiti [59] locatoris conveniri colonos pensioni-

1 *l. 8. 9. 3. h. t.* 2 Alias secus. vid. *l. 1. §. 13. ff. de extraord. cognit. Anf.* 3 10. *Synopf. Baffil. cap. περὶ τῶν διδομένων, ἢ ἐφειλόντων, fol.* 126. Goth. Vid. Guid. Pap. *Anf.* de hanc tit. & fingulas leges. *Anf.* 4 Vel ihiuftam. *l. 1. §. D.* & adde Oldendorp. *Claff. 6. act. 7.* 5 Vide *l. 27. ff. de verb. oblig.* 6 Promiffum turpi ex causa peti non potest. *dict. l. 27.* 7 Par cum eft causa dantis & accipientis, turpiter datum non repetitur. *l. 3. l. 4. §. 3. l. 8. §. ff. h. t. Eclog. dict. loc. ex tit. 2. cap. 3. cap. 5. cap. 8. l. ult. in princ. ff. de condict. fine causa.* 8 *l. 5. §. 1. ff. de calumniatoribus. l. 125. ff. de reg. jur.* vid. *l. 12. §. 1. ff. de pollicitat.* 10 Quia in accipientis tantum causa turpitudo versatur. *l. 4. J. h. t. dicit. l. 5. §. 1.* 11 Ut *l. 3. §. h. t. Synopf. Baffil. dict. tit. 2. c. 10. l. 6. 7. h. t. l. 1. in fin. l. 2. ff. h. t.* 12 Excipe *l. 5. J. h. t.* 13 Sicut in fure, qui pecuniam accepit ob ea reftituenda, quæ fubtraxerat, vel in eo, qui abegerat pecora, *Synopf. Baffil. ibid. cap.* 10. quæ fpecies citt. 6. *& ult. J. h. t.* 14 Mercalis uxor eft, quæ fcortatur: id Synopfeos autor *dict. loc. c.* 11. ita reddit, Qui fcit uxorem fuam fcortari & tacet, lenocinium facit. 15 Allegans turpitudinem non auditur. 16 *l. 1. fupr. h. t. l. 26. 27. ff. de verb. oblig.* 17 Turpi ex causa dantis promiffa non petuntur, nec repetuntur, hoc eft, ea fi foluta fint, non poffunt repeti: fi non fint foluta, peti non poffunt. 18 *l. 4. fupr. h. t.* 19 *§. 24. Inftit. de inutilib. ftipul.* 20 Turpitudo accipientis non etiam dantis in hac hypotheli veritur: ideo reftituitur. *l. 4. fupr. h. t. Synopf. cod. cap.* 12. 21 Datum fcit, ut rem fubreptam reftituat, turpiter ab eo accipitur: ideoque condici potest. adde *l. ult. infr. h. t.* 22 *l. 6. fupr. h. t.* 23 Turpitudo quoque folius accipientis non parter continetur. Dixi ad *l. 4. J. h. t.* 24 Fur tenetur de furtiva ea etiam extincta. *l. 1. §. de his, quæ ut metuque caufa l. 2. J. ita. pras. l. 9. J. de fur. l. 6. §. de cond. furt. l. 1. §. 34. l. 19. ff. de vi & vi arm. l. 46. ff. de furtis.* 25 Mora in rem facta quid fit oftenditur. *l. 8. §. 1. l. ult. ff. de condict. furt.* 26 Vid. *l. 13. D. t.* 27 Vid. *l. 1. in fin. ff. fi ii, qui teft.am. lib.* 28 Refte hic notant Græci, ex furti actione in fingulos agi poffe, quod ad pœnam attinet, ex ea regula, quæ dicit: *Quoties plures ad pœnam tenentur, uno eorum convento & foluto, alium non liberat*, atque ex hujus legis diftinctione alias leges, quæ in Pandectis indiftincte locquantur, intelligendas effe. *Mod.* 29 Soluto rei facta ab uno fure cæteros liberat a condictione furtiva, non a pœna furti. 30 *l. 3. ff. h. t.* dixi ad *l. ult. fupr. de condict. ob turp.* 31 *L. 13. D. 2.* 32 *L. 12. D. 7.* vide Oldendorpium *Claff. 6. act. 5.* 33 *L. 12. D. t.* vid. Oldendorp. *Claff. 6. act. 7.* 34 Ante tempus debitum exigi non potest: plus enim etiam vel sub intentio intrinseca condiendi. *l. 22. ff. mandati.* 35 Id eft, causa militaris annonæ. Nam ita Synopfis Baſil. 7. *tit. 6. ex l. 24. tit. 5. cap. 1.* & ibidem Scholiaſtes, *ἐ διατρέφοις στρατιώτας τῶ δικαίῳ χρόνῳ &c.* Qui alimenta militum fibere debet, fi reperiatur inops: debitores ejus (fanctis pro ipfis factis) condictione ante præstitutum tempus conveniendi funt: ut ea, quæ debent, exigantur. Neque obftat, quod inftitutionibus de actionibus & aliis libris dictur. Eum, qui ante diem agat, alterum tantum temporis expectare debere, quando prævenire fit auſus. Ait enim *ἡ ἀνάγκη τῶν*

bus [1] ex placito satisfacientes, perquam injuriosum est [2]. PP. Prid. Kal. Jan. *Tyberiade*, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De bona fide.

4. Iidem AA. & CC. Liciniæ.

BOnam fidem in [3] contractibus [4] considerari [5] æquum est. 3. Non. Octob. AA. CONSS. 287.

De obligatione contrahenda, vel dissolvenda.

5. Iidem AA. & CC. Camerino & Martiano.

SIcut [6] initio libera [7] potestas unicuique est habendi, vel non habendi contractus; ita renunciare [8] semel constitutæ obligationi [9], adversario non consentiente [10], nemo potest [11]. Quapropter intelligere debetis, voluntariæ obligationi semel vos nexos, ab hac, non consentiente altera parte, cujus precibus fecistis mentionem, minime posse discedere. Dat. Non. April. *Byzantii*, AA. & CC. CONSS. 290.

De nomine dato in solutum, & de pignoribus.

6. Iidem AA. & CC. Mauricio.

SI [12] in solutum nomen debitoris sui debitor tibi dedit tuus, ac te in rem tuam procuratorem fecit: pignora quæ [13] specialiter, vel generaliter habes obligata, persequere [14]. Quod si ab his quibus fuerant obligata, cum potiores [15] erant [16], distracta probentur, emptoribus avocari non posse perspicis. Dat. 9. Kal. Jul. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De emptione nominis, & de pignoribus.

7. Iidem AA. & CC. Dionysio.

SI a creditore nomen [17] comparasti, ea pignora quæ venditor nominis persequi posset, apud Præfidem provinciæ vindica [18]: nam si debitum ex ejus persona res [tibi] obligatas tenentes non transferant, jure communi pignora distrahere non prohiberis. Sane, si creditoribus in ordine pignorum antecedentibus [19] venundantibus, qui possident, comparaverunt, vel longi temporis præscriptione muniti perhibentur: pignorum distrahendorum [20] facultatem te non habere perspicis. Subscript. 3. Kal. Jan. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De donatione. De mandato. De mutuo.

8. Iidem AA. & CC. Crescentio.

SI quidem donationis causa ei, quem adfectione [21] patris te dilexisse proponis, tuam accipere pecuniam permisisti, & hanc tuam liberalitatem [ille] remunerans [22] te a procuratore suo aliam pecuniam fumere præcepit [23], rebusque humanis [24] ante perceptionem fuit exemptus [25]: nec quod dederas, recuperare, cum perfectam [26] habuit donationem; nec [27] quod [tibi] dari mandavit, necdum tibi traditum petere potes a procuratore. † Quod si mutuo dedisti, nec a [28] delegato dari novandi causa stipulatus es, successores ejus solutioni parere compellantur. Dat. 13. Kal. Febr. CC. CONSS. 294.

De exactione.

9. Iidem AA. & CC. Glyconi.

NEgantes debitores [29], non oportet armata vi [30] terreri, sed petitore quidem non [31] implente suam intentionem, vel exceptione summoto, absolvi: convictos autem condemnari, ac juris remediis ad solutionem urgeri convenit. Dat. Id. Febr. CC. CONSS. 294.

De pignore.

10. Iidem AA. & CC. Ruffino.

ADversus [32] debitorem electis [33] pignoribus [personalis] actio non tollitur: sed eo, quod de pretio servari potuit, in debitum computato, de residuo [34] manet integra. Dat. 3. Non. Aprilis, CC. CONSS. 294.

An dominus ex persona coloni teneatur.

11. Iidem AA. & CC. Paulæ.

NImia [35] credulitate [36] circumventa es, cum quod colonis in rem suam mutuo dedisti, a domino prædii postulare te posse credidisti [37]: Nec ad eum obligandum actorum [38] ipsius adjuvat te præsentia [39]. Dat. 8. Kal. Aug. CC. CONSS. 294.

Ne quis ob æs alienum servire cogatur.

12. Iidem AA. & CC. Jovino.

OB æs [40] alienum servire [41] liberos [42] creditoribus, jura compelli non patiuntur [43]. Dat. 13. Kal. Novembr. CC. CONSS. 294.

In AUTHENT. ut nulli jud. lice. habere lo. Servat. §. quia vero. collat. 9. tit. 17. al. 9. Novell. 134. cap. 7.

Mo a debito creditor cadit, tantundem dando, vel retento, vel ejus parentibus: ipso quoque creditore corporalibus panis subdendo.

De mutuo.

13. Iidem AA. & CC. Barsumio.

EUm, cui mutuam dedisti pecuniam, ad solutionem urgere competenti debes actione: nam adversus negotiatores [44], quos ex mercibus pecunias abstulisse tuo debitori proponis, nullam habes actionem. Dat. 11. Kal. April. CC. CONSS. 300.

De concurrentibus actionibus.

14. Iidem AA. & CC. Hermodoro & Nicomacho.

EST [45] in arbitrio vestro, personali debitoris heredes actione, an eum, qui ab his distracta sibique tradita pignora tenet, in rem Serviana, si non [46] longi temporis præscriptione munitus sit, an utroque conveniatis. Dat. 5. Kal. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 300.

In AUTHENT. de fidejuss. §. fed neque ad res. coll. 1. tit. 4. Novell. 4. cap. 3.

Sed hodie novo jure prius [47] conveniendi sunt omnes fidejussores [48], & mandatores, & sponsores, quam ad pignorum perveniatur possessores.

TIT. XI.

UT [49] ACTIONES [50] ET AB HEREDIBUS ET CONTRA HEREDES INCIPIANT.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

CUm stipulationes [51], & legata [52], & alios contractus, post mortem compositos, antiquitas quidem respuebat, nos autem pro communi hominum utilitate recipimus: consentaneum erat etiam illam regulam [53], qua vetustas utebatur, more humano emendare: *Ab heredibus* enim *incipere actiones, vel contra heredes*, veteres non concedebant, contemplatione stipulationum, cæterarumque causarum post mortem conceptarum. Sed nobis necesse est, ne prioris vitii materiam relinquamus, & ipsam regulam de medio tollere: *Ut liceat & ab heredibus, & contra heredes incipere actiones* [& obligationes: [54]] ne propter nimiam subtilitatem verborum latitudo voluntatis contrahentium impediatur. Dat. 15. Kal. Novemb. *Constantinop.* Post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. [31].

---

1 Τοῖς κατὰν ἐν τῷ συνηφέναι μεθοδεύουσι &c. *Synopf. ibid.* id est, pensionibus & legi locationis fatisfacientes. 2 Et e contra *l. 11. §. 1. t. 3* 3 *l. 31. in fin. ff. depofit.* Poffit hinc colligere, Non ita magni momenti videri differentiam contractuum ftricti juris & bonæ fidei. 4 An & in donationibus & teftamentis? adde *l. 22. ff. de don. l. 16. ff. de cond. & demonftr.* 5 Ζητεῖν χρή. *Syn. Baſil. 11. tit. 1. ex lib. 24. tit. 1. c. 8.* 6 *Synopf. ibid.* vid. *Gloſſ.* Accurſ. *ad l. 3. ff. de reg. jur. & ad l. 10. fupr. fi certum pet.* 7 Nemo compellitur contrahere. vid. *l. 16. infr. de jure delib.* vid. *l. 6. infr. de donat.* 8 Vid. *l. 58. ff. de pactis & tit. infr. quando ille cæat ab empt.* 9 Proinde a fequeftro femel fufcepto non licebit recedere. *l. 5. in fin. ff. depofit.* excipe *l. 14. §. fi convenerat. 2. ff. comm. divid. l. 4. ff. de pignorat. action.* l. 12. *ff. de precario. l. 2. infr. de inutil. ſtipul.* ubi licet adverſus contractum venire: adde caſus quos Accurſius notat *in l. ſi quis in conſcribendo. 29. fupr. de pact.* 10 Aliud fi conſentiat, ut *loco.* aliud fi in re integra. §. 11. *fupr. de mand. l. 36. ff. de pact.* aliud etiam interdum adverſario invito, ut in depoſito. *l. 1. §. 46. ff. depoſit.* precario. *l. 12. ff. de precario*; & locato, certis caſibus. *l. 3. infr. de locato*: & dato ob cauſam. qua de re dixi *ad l. 5. ff. de condict. cauſa data.* 11 Contractus ab inuito voluntatis eſt, ex poſt facto neceſſitatis. *l. 8. infr. h. t. l. 39. fupr. de tranſact. l. 12. in fin. infr. de contrab. empt. l. 3. l. 7. infr. de refcind. vend. l. 35. §. pen. infr. de don. l. 1. §. 1. ff. nauta, caup. l. 36. in fin. ff. de ſtipul. l. 17. §. 3. ff. commodati. l. 22. in fin. ff. mandati. l. 9. in pr. ff. de curat. furioſ.* adde *l. 22. in fin. infr. ad SC. Vellei. c. quod ſemel placuit 21. de reg. in 6. & v. ib. Dynno.* 12 Creditor qui in ſolutum accipit a debitore ſuo nomen alterius cujusdam ipſi debentis, habet & hypothecarias actiones. ſi vero priores creditores hypothecas, quas habebant, diſtraxerunt, emptoribus eæ res non adimuntur. *Syn. tit. c. 10.* 13 Etiam tacite: volunt enim interpretes, Ceſſa perſonali actione, etiam hypothecariam, & eius acceſſoriam, ceſſam intelligi. 14 Nomine empto in emptorem tranſfertur jus pignoris, hypothecæ & vindicandi & diſtrahendi. v. *l. 6. ff. de lored. vel act. vend.* 15 *l. 7. infr. h. t. l. ult. infr. quando ſigna vel prob. l. 1. infr. ſi antic. cred. pig. vend.* 16 Potior jure creditor pignus debitoris ſui jure ſi venuiſſet, poſterior id emptori avocare non poteſt. 17 Nomen vendi poteſt, *ut hic*, ut & in dotem dari. *l. 2. fupr. h. t.* 18 *l. 6. fupr. h. t.* 19 *d. l. 6.* 20 Aut revocandorum. 21 Donatio ex affectione præſumitur. *l. 5. §. ſi. ff. de heredit. vel petit.* 22 Mandatum remunerandi, re integra morte mandantis finitur. *l. 15. infr. mandati. l. 3. l. 2. §. 6. l. 6. ff. de donat.* 24 Mandatum morte finitur. vid. *l. 26. ff. mandati.* Accurſ. in *l. 35. in verb. partiemibus. ff. de donat.* 25 *l. 6. fupr. de cond. ob cauſam.* 26 Donatio perfecta revocari non poteſt. *l. 7. fupr. de condict. ob cauſ.* 27 Hoc videtur abrogari *per l. 33. ff. de donat.* 28 *l. 1. infr. de donat.* 29 *Atteſtatio*, ut vocant, regulariter prohibita: niſi lex vel conſuetudo permittat. vid. Accurſ. in *l. 4. fupr. de edendo. l. extat. 12. ff. quod metus cauſa. l. ſi quis in tantam. 7. infr. unde vi.* 30 Vid. *l. 13. ff. quod met. cauſ.* 31 *l. 4. fupr. de edendo. l. 2. infr. de probationib. l. 9. infr. de except. ſive præſcript.* 32 Perſonalis adverſus debitorem actio non tollitur, etiamſi pignora creditor eligat: ſed pretium pignoris in debitum computatur, & reſiduum actione perſonali petitur. *Synopſ. h. t. c. 14.* quemadmodum & in eundem perſonalis actio competit, ita & de hæreditate, legatis, venditione, locatione, ſocietate &c. *Scholiaſtes ibidem.* 33 Electio unius, non eſt alterius repudiatio: qui pignus ratitiam eligit, non renunciat perſonali actioni. 34 *l. 3. §. 4. l. 9. infr. de diſtract. pign. l. 3. §. 4. infr. de jure dominii. l. 26. ff. de ſolution.* 35 Colonis quod mutuum datur, ab eorum dominis non poteſt exigi, etiamſi ipſis dominis præſentibus mutuum datum ſit. *Syn. h. t. c. 13. l. 4. verſ. fane infr. de agricolis & cenſitis.* 36 Creduli nimis facile decipiuntur. vid. Accurſ. *l. 14. ſupr. ſi cert. petat.* 37 Et e contra *l. 3. ſupr. h. t.* 38 Id eſt, etiamſi actores ejus præſentes fuerint. Sed oplis vero Baſilicon *ibid.* ita habet, etiam ſi præſente domino. 39 Dixi ad *l. 14. ſupr. ſi cert. petat.* 40 Æs alienum eſt, quod quis debet: qui in ære alieno ἀπορῶν χρεώστης. Græcis dicuntur. *Synopſ. Baſil. h. t. c. 15. & 3. Harm. 3. §. 70.* Igitur qui ſolvendo non ſunt, creditoribus ſuis ſervire non cogiuntur. Neminem enim ingnorum lex ea facere vult, quæ ſunt ſervilia. *Syn. & Scholiaſtes ibid.* unde colligunt, hoc jure, debiti cauſa neminem manu injecta capi poſſe, niſi aliud expreſſe ſit conventum. vid. Soc. *reg. 174.* 41 Hinc colligunt, Neminem poſſe ad præſtitum ſervitutem Molin. *de Hiſpan. n. 326. n. 27.* 42 *Novo 134. c. 7.* Ambroſius *lib. 3. de Tobia.* Vidi, inquit, miſerabile ſpectaculum, liberos pro patrimonio debito in ærumnam deduci, id eſt, auctionem. & Baſilius *Ep. 14.* υἱοὺς ὑπὲρ ὑμῶν ὀφειλόντων δουλεύειν, *malebat* ἀποθνήσκειν χρέων πατρῶων ἀπολυτῆς εἰς τὸ πατρῶιον vid. Cujac. *ad Novell. 134.* adde *l. 6. ex lib. 23. tit. 2. c. 2. fol. 76.* Verum autor Synopſeos *d. loc.*, liberorum appellatione hac lege non intelligit filios qui ſuas, ſed ἀπολυθέντες, id eſt, ingenuos. Quemadmodum eidem autori & Harmen. *d. loc.* ex alienum non ex a patre contractum, ſed a ſe ipſo. 43 Vide Novatd. *lib. 2. variar. cap. 18.* & *leg. 12. tabul. c. 8.* Roderic Xuares *ſupr. tituł. de his qui patrocin. A.* Gilbum *noct. Att. l. 2. c. 1.* Mod. 44 Id eſt, mercatores, ad quos pecunia propter uſurimonia pervenit. adde *l. 15. l. 3. ſi cert. pet. l. 8. l. depoſit.*: adde *l. 44. §. 49. ff. de cond. indebit.* 45 *l. 14. l. de pign. & hypoth.* Hodie non eſt. Nov. 4. c. 3. Auth. prox. *l. h. t.* & merito. Nam ſicus hanc electionem reſtringuntur multæ leges, quæ nimis generaliter traſunt, uſucapione jus pignoris non perimis. adde *l. 7. in fin. l. 8. l. 9. §. ff. de pign. & hypothec. l. 12. ff. pro empt. l. 2. ff. pro her. l. 7. §. de pign. & hypoth.* 46 Primum conveniendus eſt reus, tum intercedit, deinde poſſeſſor hypothecarius: & hoc beneficium diſcuſſionis appellitur, fidejuſſoribus utile. Aliud etiam habent, quod & diviſionis ex epiſtola divi Hadriani poſtulent, in quo fidejuſſores utrique beneficio non renuncient. Et ita frequentes ob hujusmodi renunciationes, hæc authentica parum utilis, de qua vid. Oldend. *tradit. de jure ſing. c. 6.* ibi de prov. *fidejuſſ.* 48 Tertius poſſeſſor hypothecaria convenit non poteſt, niſi diſcuſſo principali, & ejus fidejuſſoribus. v. Negutantium *tract. 9. de pignor. parte 8. numer. 11.*

49 Vetus regula abrogatur, qua cavebatur actionem, quæ adverſus nos non competit, neque adverſus heredes noſtros tranfire. *hæc l.* Cujus regulæ meminit etiam Theophil. §. 35. *Inſtit. de leg.* adde *l. Feud. 3.* 50 Quæ non ceperunt a defuncto ſolliteri vel *leg.* tollique veterum differentiam verborum: *Cum mortuus, cum mortuus fuerit, poſt mortem meam dari, vel heredem ejus dare*, ut *l. 11. §. de contr. ſtipul.* 51 Vide *l. 1. §. 1. infr. h. t.* vid. tamen *lib. 10. tit. 60.* 52 *l. 5. §. 1. infr. h. t.* 53 Hæc conſtitutio & regula contrariæ eſt veteri regulæ, de qua *l. duhium 7. C. Theod. de diverſ. reſcript.* & Theoph. *in §. poſt mortem 35. de leg.* tollique veterum differentiam verborum: *Cum mortuus, cum mortuus fuerit, poſt mortem meam dari, vel heredem ejus dare mortuo, ut l. 11. §. de contr. ſtipul.* 54 Per paſtum hereditas poſt mortem dari poteſt. vid. Guidonem Papæ *ſing. 342.*

TIT.

TIT. XII.

NE UXOR PRO MARITO [1], VEL MARITUS PRO UXORE, VEL MATER PRO FILIO CONVENIATUR.

Ne uxor pro marito: ex contractu.

1. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Aſclepiodotæ.

FRuſtra diſputas de Contractibus cum Marito tuo habitis, utrumne jure ſteterint, an minime: cum tibi ſufficiat, ſi proprio [2] nomine nullum contractum habuiſti, quominus pro marito tuo conveniri poſſis: Quod nec ſi ſponte pro eo interceſſiſſes, quicquam a te propter Senatusconſultum [3] exigi jure potuiſſet. Dat. Prid. Id. Aprilis, DIOCLET. III. & MAXIM. AA. CONSS. 287.

Ex Delicto.

2. Iidem AA. Terentiæ.

OB Maritorum [4] culpam uxores inquietari [5] leges vetant. Proinde Rationalis [6] [noſter] ſi res quæ a fiſco occupatæ ſunt, dominii tui [7] eſſe probaveris, jus publicum ſequetur [8]. Dat. 3. Non. Septemb. DIOCLETIANO & MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

Ne ſocer pro genero, ne mater pro filia, ne maritus pro uxore.

3. Iidem AA. & CC. Carpophoro [9].

CUm [10] te poſſeſſiones non in dotem pro filia tua dediſſe, ſed ad ſuſtentandam [11] eam extra dotis cauſam filiæ tuæ prædia adſignaſſe proponas: civilium [12] munerum vel onerum municipalium [13] obtentu, ex perſona mariti ejus, quomodo matres ex perſona [14] filiorum, interpellari non [15] poſſunt: cum neque [16] maritum pro uxoris obligatione conveniri poſſe conſtet, niſi [17] ipſe pro ea ſe obnoxium fecit. Certiſſimum enim eſt, ex alterius contractu neminem obligari. 3. Id. Septemb. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

Ne Mater pro filio.

4. Iidem AA. & CC. Philothetæ.

CUm te ideo ex perſona [18] filii tui commemores conveniri, quod pro debitis ejus aliquid [19] intuliſſe videaris: defenſionibus tuis uti apud eum, cujus ſuper ea re notio eſt, minime prohiberis, ut is ad ſolutionem alieni debiti urgeri te non patiatur. Dat. 10. Kalend. Septemb. TITIANO, & NEPOTIANO CONSS. 301.

Pœna exigentis alium pro alio.

In AUTHENT. ut non ſiant pign. pro aliis. §. 1. Col. 5. tit. 7. al. Novell. 52. cap. 1.

Sed omnino qui alium pro [20] alio ſecutudinem formam pignorationis exigit, totum idipſum, quidquid ſit, in quadruplum [21] vim paſſo redilet: necnon & ab actione, pro qua talia præſumit, cadet.

TIT. XIII.

NE FILIUS PRO [22] PATRE, VEL PATER [23] PRO FILIO EMANCIPATO, VEL LIBERTUS [24] PRO PATRONO, VEL SERVUS PRO DOMINO CONVENIATUR.

Ne pater pro filio.

1. Imp. GORDIANUS A. Candido Militi.

NEque ex ejus filii perſona, qui cum ſui juris eſſet, mutuam pecuniam accepit, pater ejus, ſi non fidem fuam obſtrinxit, conveniri poteſt: neque ex ejus, quem in poteſtate habet, ſi ſine juſſu ejus contractum eſt: neque, [ſi] contra [25] SC. Macedonianum mutua [pecunia] data eſt, amplius [26] [quam] de peculio actionem ſuſtinere cogitur. Quapropter pater tuus, ſi ei pecunia a creditore fratris tui extorta eſt, ad quam reddendam non tenebatur, Præſidis provinciæ auctoritate eam recuperabit. PP. 3. Non. Octobr. FIO & PONTIANO CONSS. 239.

Ne filius pro patre.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Neoterio & Eutolmi.

NE contra juris auctoritatem ab eo, qui patrem veſtrum, a quo emancipatos [27] vos dicitis, ad munus [28] civile devocaverat; inquietemini [29], Præſes provinciæ providebit. Dat. 8. Kal. Feb. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

Ne pater pro filio.

3. Iidem AA. & CC. Theogeni.

SI [30] filiusfamilias invito patre Decurio [31] creatus ſit, pro eo patrem inquietari non poſſe, jure manifeſtiſſimo cautum eſt. C. 10. Kal. Maji, CC. CONSS. 294.

Ne filius pro patre.

4. Iidem AA. & CC. Achivæ.

PAtris [32] nomine ſuperſtitis filium, nec munerum [33] civilium, nec debiti cauſa, perſonali poſſe conveniri actione conſtat. S. 12. Kal. Mart. *Sirmii*, CC. CONSS. 300.

Ne libertus pro patrono. Ne ſervus pro domino.

5. Iidem AA. & CC. Lampetio.

EX patroni, vel domini [34] contractu liberti, vel ſervi conveniri non poſſunt. Dat. Id. April. CC. CONSS. 300.

De Scholaribus.

Nova conſtitutio Friderici.

HAbita [35] *quidem ſuper hoc diligenti Inquiſitione Epiſcoporum, Abbatum, Ducum, omnium Judicum, & aliorum Procerum ſacri noſtri Palatii examinatione, omnibus, qui cauſa [36] ſtudiorum peregrinantur, Scholaribus, & maxime divinarum, atque ſacrarum legum profeſſoribus, hoc noſtræ pietatis beneficium indulgemus, ut ad loca, in quibus literarum exercentur ſtudia, tam ipſi, quam eorum nuncii [37], veniunt & in eis ſecure [38] habitent.* † *Dignum namque exiſtimamus, ut cum omnes bona facientes, noſtram laudem & protectionem omni modo mereantur [39]: quorum [40] ſcientia totus illuminatur mundus, & ad obedientiam Deo & nobis ejus miniſtris, vita ſubjectorum informatur; quadam ſpeciali dilectione eos ab omni injuria defendamus. Quis enim eorum nos miſereatur, qui amore ſcientiæ exules facti, de divitibus pauperes, ſemetipſos exinanivimus, etiam ſuam multis periculis exponunt, & a villiſſimis ſæpe hominibus (quod graviter ferendum eſt) corporales injurias ſine cauſa perferunt.* † *Hac igitur generali, & in perpetuum valitura lege decernimus. Ut nullus de cætero tam audax inveniatur, qui aliquam Scholaribus injuriam inferre præſumat, nec [41] ob alterius cujuscunque provinciæ delictum, ſive debitum (quod aliquando ex perverſa conſuetudine factum audivimus) aliquod damnum eis inferat: ſcituris hujusmodi ſacræ conſtitutionis temeratoribus, & etiam ipſis locorum Rectoribus, qui hoc vindicare neglexerint, veſtitutionem verum ablatarum ab omnibus exigendam in quadruplum: notatæ inſamiæ eis ipſo jure irrogandæ, dignitate ſua ſe carituros in perpetuum.* † *Verum tamen ſi litem eis quiſpiam ſuper aliquo negotio movere voluerit: hujus rei optione [42] data Scholaribus, eos coram [43] domino, vel magiſtro ſuo, vel ipſius civitatis Epiſcopo, (quibus hanc jurisdictionem dedimus) conveniat. Qui vero ad alium judicem eos trahere tentaverit, etiamſi cauſa juſtiſſima ſuerit, a tali contumine cadat.* † *Hanc autem legem inter imperiales conſtitutiones, ſcilicet ſub tituło, Ne filius pro patre &c. inſeri juſſimus. Dat. apud Roncaliar [44], anno Domini M. C. LVIII. menſe Novembri.*

TIT. XIV.

AN [45] SERVUS PRO SUO FACTO POST [46] MANUMISSIONEM TENEATUR.

De contractu cum ſtatulibero.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Juventiano.

QUamvis cum ſtatulibero contraxeris, tamen ex ante [47] geſto te non habere cum eo, poſt impletam conditionem libertatis, actionem, ſcire debes. PP. 4. Idus Decembr. DEXTRO II. & PRISCO CONSS. 197.

De legato.

2. Imp. ANTONINUS A. Bexico.

CRediturus [48] tuis, qui tibi in ſervitute [mutuam] pecuniam crediderunt, nulla adverſus te actio competit: maxime cum [49] peculium [50] tibi non eſſe legatum proponas. PP. 3. Kalend. Sept. LÆTO & CERIALE CONSS. 216.

---

1 Mariti contractu delictove. *l. 1. l. 2. infr. h. t.* 2 Id eſt, ad utilitatem mium. *l. 24. infr. de locato.* 3 Vellejanum. 4 Conſtitutis mariti bonis, res uxoris ejus confiſcatæ non intelliguntur. *Syn. Baſil. 7. tit. 6. ex lib. 24. tit. 1. c. 2. l. 24. infr. de donat. int. vir. l. 1. infr. ad l. Jul. de vi publ. l. 22. infr. de pœnis*: uno tamen caſu dos uxoris retinetur. *l. 2. infr. in quib. caus. pign. tacit. l. 3. infr. de primipilo.* non alia ejus bona. *l. 1. infr. de priv. fiſci.* Sic maritus ob culpam uxoris interdum tenetur. *l. 4. §. 2. ff. de oſſ. procons.* 5 In bonis ſuis. 6 Rationalis, procurator Cæſaris. 7 Non dotales, *d. l. 1.* 8 Et ita auditur tertius opponens, de quo dixi ad *l. 3. §. 3. infr. de judic.* 9 Τὸ ἐξώπροικα τῆς γυναικὸς &c. Eſt *tradotalia* mulieris pro viri oneribus onerata non ſunt: nec matres pro filiis nec uxor pro marito. *Synopſ. Baſil. 10. ex lib. 24. tit. 4. c. 2.* 10 *Arg.* Carpophorus: ut ſit hypotheſis in matre. 11 Res traditæ filiæ ad eam ſuſtentandam, hoc eſt alendam non præſumuntur dotales. 12 Adde *l. 11. infr. de decurionibus.* 13 Vid. *l. 9. ff. de muner. & honor.* 14 *l. 4. infr. h. t.* 15 *l. 11. ff. de eſtimo. infect.* 16 Fallit certis caſibus. vide Gallium 2. *obſ. 90.* 17 Mariti pro uxore poteſt fidejubere, at non vice verſa. *l. 1. infr.* 18 Vid. *l. 3. ſupr. h. t.* 19 *Partem* debitorum filii ſi mater ſolvit, reſiduum parum ſolvere non cogitur. *ut hic. Synopſ. Baſ. 7. tit. 6. ex l. 24. c. 4. 4.* Harm. 9. §. 24. 26. adde *l. 7. §. 15. ff. ad SC. Maced.* 28. *ſupr. de pact. l. 7. infr. de uſuris.* vid. tamen *l. 1. infr. de fidejuſ. Novo. 4. c. 3. l. 6. ff. de in rem verſo. l. 18. infr. de agric. & cenſit.* Cur ita? colligit ex *l. 88. §. 5. ff. de leg. 2. l. 20. ſupr. de negot. geſt.* 20 Qua actione teneatur, qui perſonam aut res alterius indebite arrellari fecit, vid. Peckium *c. 18. de jure ſiſtendi.* De repreſſaliis vid. *bic* Bald. *Guth.* Adde Andr. Gail. *de arreſt. Imp. c. 2. n. 2.* Mindan. *de proceſſ. l. 1. c. 39. n. 11.* Math. Coler. *de proceſſ. executi. part. 2. cap. 3. n. 40. S. 1.* 21 Imo actionem tantum amittit. *l. extat. 13. ſi. quod metus cauſa*: Imo & poenam corporalem ſuſtinet. *Novell. 53. c. 1.*

---

22 *l. 2. 4. infr. h. t.* adde *l. 7. in fin. l. 9. ff. de ſenat. l. 8. in fin. ff. de in jus vocando. l. 26. ff. de pœn.* 23 *l. 1. l. 5. infr. h. t.* vid. tamen *lib. 10. tit. 60.* 24 *l. 5. infr. h. t.* 25 Ut quia credita pecunia eſt. *l. 6. infr. ad SC. Maced.* 26 *l. 57. ff. de judic. 9. 10. Inſt. de act.* 27 *l. 3. infr. qui bonis cedere.* 28 *l. 4. §. 1. h. t.* 29 Vide *l. 8. §. 16. ff. de agnoſcend. & alend.* idque vivo patre. *l. 4. infr. h. t. l. 1. infr. de teſtam. manumiſſ. l. 17. ff. de negot. l. 28. §. 7. in fin. ff. de liber. legat.* 30 Pater pro filii oneribus non tenetur. *Synopſ. Baſil. 52. tit. 1. ex lib. 24. tit. 4. cap. 7. 4.* Harm. 9. 9. 26. 31 *l. 5. infr. de decurionibus. l. 1. infr. de filiofamil. & quemadmod. l. penult. 2. ff. ad municip.* 32 Filii pro patris oneribus non tenentur. *Synopſ. & Harmen. dict. loco.* 33 *l. 2. ſupr. h. t. 34 l. 7. ſupr. de judic. l. 1. l. ult. ſupr. de manumiſſ. l. 14. ff. de obligat. & action. l. tutelæ.* 7. 9. 2. ff. de capit. minut. *Synopſis dict. tit. 4. c. 9.* Harmen. *dict. loco.* Authentice hujus declarationem & amplitudinem vide Decium *ad c. in præſentia. num. 177. extr. de reſcript. n. 59. & ad c. cum ordinem. n. 18. ext. de Reſcript.* Abb. *ad c. ſi diligenti, col. pen. num. 25. & 28. de ſer. compet.* Alciph. *ad ſ. item Rome. n. 8. Inſtit. de excuſ. tutor.* Mod. 36 De privilegiis quæ bonarum literarum profeſſoribus & Bidlotis data ſint latiſſime, *tom. 1. fol. 680.* Rebuffus hanc repetit etiam latius, *tit. 3. de privileg. ſcholaſticorum.* Eorundem privilegia ad centum usque Horatius Lucius enumerat, *tractat. de privileg. ſcholaſt.* Rebuff. Vero centum obloginta, *dicto loco.* Quando & in quibus & ſequentibus. Goth. Adde Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 11.* Anl. 37 Nunci & vectigalibus portoriis, & aliis oneribus, alias non tantum ſtudiolis, ſed & omnibus ſecure vivendi, & habitandi dotur poteſtas: & hoc primum caput privilegii ſcholaſtici eſt. 39 Meritis præmia & honores debentur. *l. 1. ſupr. de adſeſſoribus & domeſt.* Honor, præmium virtutis. Ariſtoteles 4. *Ethic.* 3. Cicero 1. *Officior.* & 3. *de Republica* 6. Lachant. 19. jure reprehlitarum. 42 Tertium cap. privilegii ſtudiolis hic dati, ut eis ſit optio, & tertium eligere. §. 10. *in fin. conſtit. ad Anteceſſores.* Poſſunt etiam tione ſtudii. vid. Acurſium *in l. hæres.* 19. §. *prætor. 3. in verb. debitf. ff. de judiciis.* 43 Forum fortitur ratione rei. *l. hæres.* 19. §. *prætor. 3. in verb. debitf. ff. de judiciis.* 44 Roncalia, *hic*; & 2. *Feudorum* 33. §. 1. *tit.* 40. *tit.* 52. five Roncaliæ, campi ſupra Padum non procul a Placentia, in quibus ſolebant olim imperatores conventum agere ſolennem. Roncaliæ meminit Aldus Urſpergenſis; & Guntherus 2. *Ligur.*

---

45 *Synopſ. Baſil. 7. tit. 6. ex lib. 24. tit. 1. & 52. tit. 1. ex lib. 24. tit. 1.* adde Accurſium *ad l. 15. in verb. ab initio. in fin. & l. cum actum. 17. in verb. reddere. ff. de negotiis geſt.* 46 *l. 146. ff. de reg. jur.* 47 *l. 2. l. 5. infr. h. t. l. 1. infr. de teſtam. manumiſſ. l. 17. ff. de negot. l. 28. §. 7. in fin. ff. de liber. legat.* 48 *Synopſ. dict. tit. 6. c. 2.* 49 Vid. *l. 20. infr. de pecuiio quæ, quæ libertatem meruit.* 50 An libertus poſſit conveniri ex contractu in ſervitute facto, peculio et legato, vid. *l. 1. §. 10. ff. de dote prælegi.*